

Peter Mascov

**Programma, Quo Facultatis Iuridicae Pro-Decanus Petrus Mascovius ... Ad
Disputationis Inauguralis De Deposito Irregulari a ... Dn. Christiano Brandes/
Rostoch. Pro obtainendis summis utroq[ue] in lure Honoribus et Insigniis XX.
Martii Anni huius M DC LXXXIV. In Auditorio Maiori ... habendae Panegyrin ...
invitat**

Gryphiswaldiae: Starckius, 1684

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747414971>

Druck Freier  Zugang



Mascow, P.,

in Chr. Brandes.

R. 1684.

70



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747414971/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747414971/phys_0002)

DFG

PROGRAMMA,
Quo
FACULTATIS JURIDICÆ PRO- DECANUS
PETRUS MASCOVIUS,
U. J. D. Professor Ordinarius & Consistorii Regii
Adsestor,

Magnificum Academiarum Rectorem,
Omnesq; cuiusvis Ordinis, dignitatisve in hac Urbe
Jurisprudentiae & ejusdem honoribus ac incrementis
benè cupientes,
Quocunq; etiam Nobilitatis, Amplitudinis, publicorum
munerum, eruditionis, prudentiae, virtutum, gradu
emineant, simulq; politissimam Juventutem
sapientiae studiis deditam,

AD
DISPUTATIONIS INAUGURALIS
DE
DEPOSITO IRREGULARI,

Clarissimo & Consultissimo
DNI CHRISTIANO Brandes / Rostoch.
Pro obtinendis summis utroq; in Jure

HONORIBUS ET INSIGNIIS
XX. Martij Anni hujus M DC LXXXIV.
in Auditorio Majori more rituq; majorum habenda
Panegyris.

Præsentia honore ac faventia ornandam,
obsvanter officiosè & amicè invitata.

GRYPHISWALDIE,
Literis DANIELIS BENJAMINIS STARCKII, Reg. Acad. Typogr.



*Tsi ubivis ferè in Amplissimo
Juri Studio, nulla tamen,
major quam in intricatâ juris-
dictionis, nodosâ substituti-
onis, salebrosâ juris accre-
scendi & prolixâ Actionum,
materiâ difficultas se se offerre
atq; exhibere vulgo creditur,
in quorum doctrinâ omnium difficillimum habetur
competens Actionis genus invenire. Quantum
enim in hoc momenti situm sit, norunt justitiae
Sacerdotes sive JCTi, norunt omnes judiciorum Pre-
sides & Adsesores, norunt omnes deniq; Causidici
& causarum Patroni, quoquot eorum vel facundo
ore vel per docto suo prælia juridica in foro sustinent
calamo. Et quis horum est qui nesciat, quod hæc res
etiam eruditissimis & exercitatisimis viris non
rarò offundat tenebras, ut tanquam in illuni nocte
errantes, quovis potius perveniant, quam quò vo-
lunt, cum tamen totius prælii forensis fundamen-
tum in eo quasi subsistat, ut, si quis in eo exorbitet,
cum in varios errores labi necesse sit, actionis autem
genere cognito, facile sit, exceptiones, replicatio-
nes & alia ejusmodi causarum argumenta inve-
nire, deg; jure causæ propositæ certo & constanter
respondere. Huc veteres Jurisconsulti in jure
causarum definiendo imprimis respexerunt, quæq;
compe-*

competeret actio sollicitè indagarunt. Vestigia
bujus rei hinc inde, cum primis apud Julianum in
lib. 5. Digestorum, & Ulpianum in lib. 31. & 32. ad
Edictum reperiuntur. Ut autem Delio natatore
opus est in Actionum quasi Euripo, ita & non minor
difficultas sese offert in famosissima & quotidiana
de Contractibus materia, ut recte judicare atq; discer-
nere possis, quodnam & quale negotium inter con-
trahentes sit gestum atq; peractum, quo non attento
non potest non etiam actionis genus in judicium de-
ducendum, in tenebris sepultum jacere. Hec nego-
tiorum civilium recte discernendorum obscuritas
fecit, ut Romani Estimatorum contractum inve-
nerint. Merentur verba Ulpiani ut ex lib. 32. ad
Edictum apponantur. Actio de aestimato proponitur
toliendæ dubitationis gratia. Fuit enim magis dubi-
tarum, cum res aestimata vendenda datur, utrum ex
vendito sit actio, propter estimationem, aut ex locato,
quasi rem vendendam locasse videor, an ex conducto
quasi operas conduxissem, an mandati melius itaq;
visum est hanc actionem proponi. Quotiens enim de
nomine contractus alicujus ambigeretur, conveniret
tamen aliquam actionem dari, dandam estimatoriam
præscriptis verbis actionem. Hec causa etiam fuit,
quod excelsi ingenij Vir, quâ laude ab ipso Impe-
ratore Justiniano mactatur, Papinianus subdubi-
taverit. Quale sit negotium, si res quidem custodiae
causa tradita, sed simul conventum, ut non idem
sed tantundem reddatur, vel pactum de usuris præ-
standis

stantis adjectum sit, cum illud notissimos depositi
terminos egrediatur & naturam mutui sapiat,
Usura vero ex pacto in stricti juris judicio non debe-
antur, qualij tam haec quam illud actione petendum
sit, secumq[ue] disputaverit summus J[uris]tus priusquam
definire voluerit. Est certè difficultis, si unquam
alius, hic juris articulus, quo de nobis amplissimus
disserendi campus pateret, nisi Clariss. Dn. CHRI-
STIANUS Brandes Rostochiensis Megapolitanus,
ul[tra] J. Candidatus Precessens, integrum suam de eo
conscriptisset Disputationem eaq[ue] accuratione eam
elaborasset, ut adjicere quipiam vel in antecesum
eidem aliquid lucis addere supervacuum sit. Super-
sedemus igitur meritò isto labore, pauca quedam
de vita ejus, studiorum cursu, more & hic & alibi
in Academias recepto, exposituri. Natus is est Anno
bujus seculi 1655. Rostochij, vicini Ducatus
Mecklenburgici Metropole, in illustri illa Musarum
sede, Patre Viro Amplissimo & Prudentissimo
Dn. DAVIDE Brandes Jurisperito eximio, Sena-
tore apud Rostochienses, ac Camerario per multos
annos bene merito. Cujus Avus (ne de ceteris
Magistris nunc dicamus) fuit Vir Nobilissimus
TILE Brandes Patricius Brunovicensis, ex nobili
Brandesorum Familia, quae abduc hodie ibidem,
& in Livonia in Comitatu Pernoviensi vigeat.
Matre, quae abduc Dei gratia superstes est, CATHA-

RINA

RINA Drebesi Matrona ex Familia Haselbeckiorum
pietissima, & Virtutibus sexus sui ornatisima.
Sed ne ab iis, quas à Parentibus acceperat egregiis
corporis dotibus degenerem ageret vitam, prima
Parentum cura fuit, ut animus ejus bonis artibus
probè excoleretur, virtutibusq; totus consecraretur.
Quare à pueris usq; ad decimum septimum etatis
annum domesticorum Präceptorum discipline est
traditus. Quo factum, ut cum præterea hic noster
suum jamjam desideratissimum Dn. Parentem nec
non Dn. CASPARUM HABERMANNUM, J. U. D. & Pro-
fess. Publ. Dualem celeberrimum, Affinem suum,
ex Sorore, dum viviceret, conjunctissimum, quantum
per publica corundem licuit officia, perpetuos &
indefessos habebat Präceptores, tantos in Philolo-
gicis, Philosophicis & Historicis fecerit progressus,
ut ad altiora animum applicare quiverit studia.
In quem finem etiam primum ad famigeratissimum
illud Atheneum Viadrinum excusum fecit, ubi
Collegia Dnn. Dd. & Profesorum publicorum cele-
berrimorum & præ aliis BRUNNEMANNI, RHETII &
STRITII, tam privata quam publica Collegia in omni
juris parte & singulari cum fructu frequenteravit.
Digressus inde ad Themidis arcem Wittebergensem,
nactus est Präceptores fidelissimos in Philosophicis
FRENZELIUM, VOGELIUM & SCHÜRTZFLEISCHIUM, in
jure Dn. ZIEGLERUM, LEDERERUM, MARTINIUM &
alios

alios qui tum temporis illic floruere & adhuc florent.
Hac relictâ ad tempus in Helicone Lipsiensi nec non
Jenensi commoratus est, donec à Dn. Parente
domum revocatus in Academia Patria à capite,
quod dicitur, ad calcem, studia sua recoluit. Et ut
publicè quantum foris in studio profecisset Philo-
sophico, cui maximopere navarat operam, profitere-
tur. Quæstiones Miscellaneas Philosophicas satis
eruditè congregatas sub Praesidio Clariss. & Doctiss.
Dn. M. PAULI HENNINGII, publicè cum Auditorij
applausu defendit. Cum autem intelligeret Troja
quidem nasci Hectores sed non nisi foris Ulysses, ite-
rum natale solum reliquit, & in Daniam, & abhinc
in Sveciam iter instituit, quibus Regnis eorumq;
imprimis Metropolibus & Aulis satis magnificis &
splendidis perlustratis, Upsaliam fama Exellen-
tissimorum Virorum ibidem omnis generis scientias
publicè & privatim profitentium pelletus, con-
tendit. Dehinc Aboensem Academiam, propter
ante aliquot annos ibidem exortam flammam,
impræsentiarum mutam, insalutatam relinquere
noluit. Porro traxerunt eum Fata in Estboniam,
ubi Illustris & Generosissimi Viri AXELII de Rosen/
Sæ. Ræ. Maj. Svecie per Estboniam & Regiæ Urbis
Rewalij Gubernatoris magnificentissimi & eminen-
tissimi, Patroni sui, dum viveret, astutissimi.
Dn. Dn. Filii maxime spei & rare paternaque
indolis

indolis BENEDICTO Gustavo, & CAROLO BOGISLAO
Ephorus fuit prefectus, quos etiam, nisi modo lau-
dati Dn. Gubernatoris fata nimium præter spem
fuissernt maturata, in exterias & longè dissitas terras
duxisset. Quia verò hujus voti compos non factus,
Dorpatum, ubi jam Dicasterium Regium, ut ibi
stylum Curiae sibi redderet familiarem, concessit.
Deniq; cæteris Livonie ac Ingræ nec non Russæ
celebrioribus Urbibus Novogardia & Plescovia
dissis, in Curlandiam ad Aulam Mitodiensem ea
quidem intentione suum cursum direxit ut in
Regnum Poloniae descenderet; ast Dn. Parentis
superveniens mors gradum sistere & ad patrios lares
redire jussit. Inde ad hanc Academiam nostram ante
aliquot menses, & quod excurrit, pervenit, nomenq;
suum Collegio nostro Juridico professus est, ad Exa-
mina privata consuetasq; in Catbedra enarrationes
(quas de successione filiorum legitimatorum in
feudis, ad §. naturales 2. Feud. 26. instituit) admis-
sus, talem se exhibuit, ut dignus judicaretur, cui
pro summo in utroq; jure consequendo gradu dispu-
tandi potestas fieret. Habetur autem Disputatio
bac de elegantiori juris articulo DEPOSITO
IRREGULARI ad diem 20. Martij. Quo verò hæc
Panegyris eò solennior existat, Magnificum
Dn. Rectorem, omnesq; cuiusvis Ordi-
nis,

nis, dignitatisve in hac Urbe Jurisprudentiaz & ejusdem honoribus ac incrementis benè cupientes, quocunque etiam Nobilitatis, Amplitudinis, publicorum Munerum, eruditionis, prudentiaz, virtutum, gradu emineant, simulq; politissimam Juventutem Academiam, sapientiaz studiis deditam, ut praestituto die ab hora 8. in Concilio Academico presentes esse, inde Facultatem Juridicam unacum Dn. Candidato in Auditorium majus comitari atq; hec sacra confessu suo splendidiora reddere non dedignantur, Collegij Juridici, meo & Dn. Candidati nomine dicatusim obseruantia, cultu & affectu, oro, invito, obtestor.

Publicatum Gryphiswaldiæ sub Sigillo

Facultatis Juridicae, XVI. Martij Die, Anni Ætate Christianæ M DC LXXXIV.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747414971/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747414971/phys_0014)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747414971/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747414971/phys_0016)

DFG

indolis BENEDICTO Gustavo, & CAROLO
Ephorus fuit praefectus, quos etiam, nisi
dati Dn. Gubernatoris fata nimium pr
fuisent maturata, in exterias & longè dis
duxisset. Quia verò hujus voti compos n
Dorpatum, ubi jam Dicasterium Regiu
stylum Curiae sibi redderet familiarem,
Denique, cœteris Livoniae ac Ingrie nec n
celebrioribus Urbibus Novogardia &
R
visis, in Curlandiam ad Aulam Mitov
quidem intentione suum cursum direx
Regnum Poloniae descendenteret; ast Dn.
superveniens mors gradum sistere & ad pa
redire jusfit. Inde ad hanc Academiam no
aliquot menses, & quod excurrit, perveni
suum Collegio nostro Juridico professus es
mina privata consuetasque in Catbedra enu
(quas de successione filiorum legitima
feudis, ad §. naturales 2. Feud. 26. institu
sus, talem se exhibuit, ut dignus judicari
pro summo in utroque jure consequendo gr
tandi potestas fieret. Habetur autem
hac de elegantiori juris articulo DEP
IRREGULARI ad diem 20. Martij. Qu
Panegyris est solennior existat, Mag
Dn. Rectorem, omnesque cuiusv



the scale towards document

Patch Reference number on UTT

Scan Reference Chart FE263 Serial No.

Image Engineering